



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Problemata Evangelica Ut plurimum Emblematis
Coronata. Sive Quæstiones Curiosæ In singula Evangelia
Dominicarum Totius Anni**

Hartung, Philipp von

Egræ, 1689

Problema XXIV. Quomodo Laudatus gerere se debeat? Dominica XXII. Post
Pentecosten. Quid me tentatis hypocritæ? Matth. 22. v. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76102](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76102)



PROBLEMA XXIV.

Quomodo Laudatus gerere se
debeat?

DOMINICA XXII. POST PENTECOSTEN.

Quid me tentatis hypocritæ? Matth.

22. v. 18.

§. 1.
Laudato-
ribus non
credidit
Salvator.

Lacili veracique ana-
grammate idem est
Laudator quod *Adu-
lator*, & *Minister*
quod *mentiris*. Mi-
nistri aulici erant ii

quos ad CHRISTUM ablega-
tos ex Herodianis & Phariseorum
discipulis accepimus, ut fucatis suis
laudibus incarnatæ Veritati impo-
nerent, hoc est, Christum caperent
in sermone. Adulatores erant,
quia laudatores, mendaces erant
quia hypocritæ & mendacissimi au-
læ Ministri. At frustra ante pen-
natorum oculos rete jacitur, fru-
stra adulationis oleum & fallaciæ o-
pera fallendæ Sapientiæ impendi-
tur, frustra mentitur iniquitas sibi.
Scit beatissimus JESUS servare in ex-
hauriendis calumniis patientiam, in
laudibus modestiam, non flecti in
prosperis, non frangi in adversis, nec
adulantibus credere, nec perse-
quentibus latum unguem à recti
tramite cedere. Quam scientiarum
divinissimam, ut & nos addiscam,
quomodo laudatus gerere sese de-
beat, docebo.

homo progrediatur, & præconiis
potius quam vituperiis ad vitiorum
odium, virtutumque amorem per-
moveri; unde Salvatorem nostrum
sæpissimè laudibus egisse, & pecca-
tores ubiubi poterat commendâs-
se accepimus, ut salutari hac captos
escâ pertraheret ad salutem & glori-
am. Sic Samaritanæ dictum est:
bene dixisti. sic temerario judici Si-
moni leproso responsum est: *rectè
judicâsti*. sic Magdalena commen-
data: *opus bonum operata est in me*.
sic discipuli rixosi compositi: *Vos
autem estis, qui permansistis mecum in
tentationibus meis*. Sic plurimi a-
lii benedicto Christi ore dilaudati,
cui semper proprium erat laudare
& comprobare, reprobare verò &
objurgare alienum. Verùm cum
periculosa admodum laus sit, nî ad-
sit JESUS, faciliusque sit ab humanis
laudibus afflari & disrumpi, quàm
in virtutibus proficere & perfici,
idcirco ingeniosâ opus est industriâ,
ut laudes ipsæ nobis in majorum
honorum segetem excrescant con-
ducantque.

tuperare
solitus est
JESUS.

§. 2.
Laudare
potius
quàm vi-

Negare nemo prudens ausit
plurimum quandoque laudes con-
ducere, ut de virtute in virtutem

Elegantissimus est discursus Di-
vi Epiphani, cur optimus Salva-
tor laudes dæmonis non accepta-

§. 3.
Os potius
quàm au-
res lauda-
verit,

toribus
dandum.
S. Epiph.
ferm. de
malolin-
guæ.

verit, cum Filius DEi prædicaretur, acceptavit autem fel & acetum, cum à Sathanicis ministris crucifigeretur? cur os proditori porrexit, non porrexit laudatoribus dæmoniis aures? *exibant dæmonia à multis clamantia & dicentia: quia tu es Filius DEi, & increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum.* Luc. 6. v. 41. nimirum securius est os ad osculum inimicis exhibere, custoditis tamen, & à blandiloquio averfis auribus, quam aures ad præconia adulantium convertere, averso licet ore ab eorum dembasio & amplexu; aded enim lethale est adulationis toxicum, ut non tantum illius saturitas, sed vellevis gustus enecat innocentem, & fontem efficiat. Audiamus ipsummet hac super re loquentem Epiphanium: seipsum sponte morti obtulit Salvator, & Sermonibus mendacii aurem nequaquam, os suum aperiens acetum cum felle gustavit, qui scelesti verba (laudes dæmonis) auribus excipere recusavit; os proditori osculandum exhibuit, & deceptoris responsum dare noluit; sic & os tuum maledicis osculandum præbe, aures verò minimè. nam si tuum illis os præbueris, osculum illos condemnabit: si aures illis accommodaveris, jam te verborum gustus occidet. hucusque Epiphanius. en quanti plenum sit periculi, laudatoribus aures concedere, & vel gustulum propriæ commendationis admittere, prudentes proinde ut serpentes, imò serpentibus omnibus prudentiores sunt, qui obturant serpentum more aures suas, nè exaudiant vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.

Pf. 57. v. 6.

Surdâ pertransiit aure humilimus Dei filius ingentia illa præconia quæ in palmari triumpho plenis crepabant buccis festivæ turbæ: *Hosanna Filio David, benedictus qui*

venit in nomine Domini, hosanna in altissimis Matth. 21. v. 9. cur nulum pro tanto præconio reponit præmium, cur vicissim populo benedicere, & verba laudum regerere prætermittit? laudavit Samaritanam & Chananzam laudatrices suas, benefecit Jerichuntino cæco, Simoni Petro, aliisque Encomiastis suis, cur non & populo præconi? prævidebat nimirum eandem omninò turbam pauculis post diebus encomia in vituperia verso impiè folio conversuram, ideoque parum illi deferendum censuit, à qua tam citò se reprobandum deserendumque prævidit. Idem præcogitet, quisquis humanis infascinari laudibus non vult, noveritque laudes humanas Euripo inconstantiores, quavis aurâ mobiliiores, Vertumno magis esse versatiles, illudque propheticum sibi occinat: *qui te laudant, ipsi te decipiunt.* Non à popello, sed à tribus Regibus opulentissimis Elipha Themanite, & Baldad Suhite, & Sophar Naamathite amicis suis laudabatur Job, quos tamen reciproco iste præconio non affecit, quin potius severissimè objurgavit: *quare detraxistis sermonibus veritatis* Job. 6. v. 25. quid tam asperè ò mortalium patientissime in amicos tuos, in Encomiastas, in Reges inveheris, quibus omnem redhibere benevolentiam, pròque exhibito compassionis officio amplissimas dicere gratias convenit? respondet pro Jobo Olympiodorus: Sermone consolabantur eum, verba dabant, fucos faciebant, illudere potius & ciconiam à tergo pinsere gestiebant. Job verò quia simplex erat ac rectus, & timens DEum, laudibus moveri nesciit, hæc etenim rectorum ac simplicium certissima nota est, humanis laudibus non moveri, non perverti, non fascinari.

Laudabat cœlestis genius Nazare-

S. 4.

zare-

Turbatur zarenam Virginem, & gratiarum
MARIA, a- plenum Ave afferebat, at prudens
gonizat JESUS ad Virgo salutationis novam formam
laudes su- mirata, ut loquitur D. Ambrosius
as. (cum teste D. Bernardo *omne novum
suspectas reddat insidias*) cogitabat
S. Ambros. qualis esset ista salutatio? non fuit
in C. I. Luc. turbata in visione Angeli, quia visi-
S. Bernard. onibus Angelorum affveta (itâ Do-
sar. 2. de ctor Angelicus) sed in admiratione
Annunt. eorum, quæ ei ab Angelo diceban-
tur, quia de se non tam magnifica
cogitabat. hæc enim sapientum est
consuetudo, ut cum alieno laudan-
tur ore, proprio torqueantur corde.

Orabat Patrem suum Deus.
Homo in horto oliveti, ut imminen-
tem passionis calicem auferret, cui
recreando Angelus cælo lapsus om-
nes consolatoris optimi partes
Luc. 22. v. exactè obivit: *Apparuit autem illi
24. Angelus de cælo confortans eum at
parum momenti Angelica confortatio
attulisse visa est, cum mox sub-
jungat Evangelista: Factus in ago-
niam prolixius orabat, Factus est
sudor ejus sicut guttæ sanguinis de-
currentis in terram.* Angitur dum
laudatur, sudat dum confortatur, a-
gonem subit, dum audit præconem.
nimirum confortatio Angelica, si
D. Epiph. & Theophylacto
S. Epiph. credimus in exaggerata laudum
pares. 69. magnitudine consistebat: *Angelus
confortabat eum admirando ejus for-
titudinem, laudando ac dicendo: tua
est potentia Domine, tua est fortitudo
ad quas ille obtulit, contremuit,
sanguinem sudavit, ipsaque morte
intolerabiliores laudes habuit, si-
quidem tunc horrore mortis ob
oculos oberrante solummodo di-
xit: tristis est anima mea; laudibus
verò suis in aures ingestis factus est
sudor ejus sicut guttæ sanguinis.*
quod totum factum fuit ad nostram
eruditionem, ut ad nostri commen-
dationem magis quàm mortis ipsi-
us mentionem perhorrescamus.

Miras Sponsæ suæ laudes divi-
nus decantat Sponsus in toto epi-
thalamio ac potissimum c. 6. v. 3.
ubi eam auroræ, lunæ, soli compa-
rat & beatissimam pronuntiat; At il-
la divertere laudes suas sollicita: *de-
scendi, inquit, in hortum meum, ut
viderem poma convallium & inspi-
cerem, si floruisset vinea, & germinas-
sent mala punica, & nesci vi.* quid ne-
scivit? laudes suas, quas surdâ aure
pertransiit inque hortum suum, si-
ve cognitionem propriam, ut cum
D. Ambrosio Doctor Angelicus in-
terpretatur, descendit reflectendo
se in congenitam naturæ suæ vilita-
tem, & quovis præconio indignis-
simam reputando. placet audire
Philonem Carpathium in sponsæ
verba ita commentantem: *Castissi-
ma sponsa & quævis fidelis anima di-
vinâ gratiæ suavitate & supernâ
cognitione repleti solet, ut extra se po-
sita quid senserit, ubi fuerit, quò ve
torrente divinæ voluptatis potata sit
ignoret, & id sese nescire prorsus & a-
pertissimè fateatur.* descendit enim
verò ad poma convallium, & mala
punica, dum se infra omnes creatu-
ras collocat, & ad oram sacerdotalis
vestimenti fructus suos appendit
foli directori conscientiæ contenta
cœlestium charismatum dona a-
perire, ac velut ad pedes ejus de-
ponere.

Humandæ uxori suæ Saræ lo-
cum exquirens Abraham filios *Heth*
convénit, & quæ erat præditus mo-
destiâ, gratiam sibi & dilectæ conju-
gi fieri rogavit, ut justo pretio spati-
um in sepulcrum redimere liceret.
Captus humanitate Abrahamæ Ge-
thæus populus unanimiter respon-
dit: *Audi nos Domine, princeps Dei
es apud nos* Genes. 23. v. 6. quasi di-
cant: tuum Rex magne quod optas
explorare labor, nos jussâ capeffere
fas est. *tunc Abraham surrexit & a-
doravit populum terræ & ait illi: in-
ter-*

§. 5.
Auditus
laudibus
in cogniti-
onem vilitatis pro-
pria ex-
emplo
Sponsæ
descen-
dendum.

§. 6.
Exemplo
Abrahæ &
Nathana-
elis surdâ
velut aure
laudes ex-
cipiendæ.

tercedite pro me apud Ephron. pro-
 quanta divini hujus Principis mo-
 destia & in vilissimum populum re-
 verentia! cur auditis laudibus suis
 tantopere sese demittit? quia non
 nisi invictissimi cujuspiam herois
 est, laudibus & encomiis suis non
 labefactari, sed cedere tempori non
 virtuti, concedere tantillum muta-
 bilis vulgi consuetudini, nihil rece-
 dere à pristinis modestiæ pietatis-
 que moribus. breviter & acutè de
 Abrahamo Philo. *dum extollitur
 humiliatur.* Verum Abrahami po-
 sterum se Nathanaël exhibuit, quem
 ipsemet Rex gloriæ suis dignatus est
 laudibus: *Ecce verè Israelita, in
 quo dolus non est.* Joan. I. v. 47. quid
 poterat dici candidius, quid nobili-
 us, quid eminentius? nec tamen
 laude sibi à Jesu attributâ capitur
 Nathanaël, neque vicissim in lau-
 dem laudatoris sui sibi incogniti
 (prout hodie fieri passim amat)
 subitus erumpit, sed instat pruden-
 tissimè inquirendo: *unde me nōsti?* ò
 verè doli omnis expertem Sophum,
 qui cognitioni sui ipsius intentus
 non pensat, quid de se sentiant alii,
 dum alienis sese laudibus longè in-
 feriores agnoscit, ò verè Israelitam,
 qui simplice mentis oculo DEum
 videns videri & laudari ab homini-
 bus non curat. *Animadvertite ho-
 minis constantiam,* exclamat Chry-
 sostomus, *non intumuit laudibus, ne-
 que bis obviam factus.*

Chrysoft.
 hom. 19.

§. 7.
 petitio
 ncionis

Satis ut opinor ex dictis colli-
 gere est, qui laudatus gerere sese de-

beat, ne laudes in vituperium salu-
 tisque suæ periculum cedant, time-
 re nimirum oportet cum humilli-
 ma Domini Ancilla, surdâ pertransi-
 re aure, imò ad agonem usque resi-
 stere cum exinanito DEo, demissiùs
 se gerere cum Abrahamo, sanctè a-
 liquando indignari cum Jobo, se pe-
 nitentiùs nosse cum Nathanaele, imò
 nescire & abnegare cum Sponfa, ut
 non à peccatore, in cujus ore spe-
 ciosa laus esse non potest, sed ex in-
 corruptæ Veritatis oraculo æter-
 nam aliquando laudem mereamur.
 Non est in hac vita *laus de tempore,*
 cum tempus defierit & beata cœpe-
 rit æternitas, *tunc erit laus uni cui-
 que à DEo.* D. Bernardus laudatus
 reposuit: *orate ut talis fiam, qualem
 me prædicatis.* Gregorius Magnus
 oratori suo Panegyrico acutè dixit:
*DEum precare, ut ea quæ de me præ-
 dicas, vera efficiat.* CAROLUS V. Lu-
 tetiæ laudibus in cœlum elatus sa-
 pientissimè respondit: *hæ laudes me
 commonent, qualis esse debeam.* Ità
 sentiamus dicamúsque, & omni
 laude superiores evademus.

Corona Problematis esto Rosa
 & Tulipa candida & rubicunda;
 candidum item & rubicundum Po-
 mum ac Cerasum in phialis aureis
 aureo cum lemmate: *quàm bene con-
 veniunt Candor hic, ille Rubor.* Nihil
 pulcrius, quàm si Candor innocen-
 tiæ componatur cum purpura ve-
 recundiæ, ut qui laudatur pro me-
 rito, erubescat pro modestiæ affe-
 ctu: Salva enim res, erubuit.

1. Cor. 4.
 v. 5.
 S. Bernard
 ep. 11.

§. 8.
 Emblem.



PRO-